BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 38r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



in oculis uestris. Ego ego sum. ego
uidi dicit dominus. Ite in locum
meum in sylo. ubi habitauit nomen me
um a principio. et uidete que fecerim
ei. propter maliciam populi mei israel.
Et nunc quia fecistis omnia opera
hec dicit dominus. et locutus sum
ad uos. mane consurgens et loquens
et non audistis. et uocaui uos et non
respondistis faciam domui huic in
qua inuocatum est nomen meum
et in qua uos habetis fiduciam. et in
loco quem dedi uobis et patribus
uestris sicut feci sylo. Et proiciam
uos a facie mea. sicut proieci omnes
fratres uestros uniuersum semen e
phraim. Tu ergo noli orare pro po
pulo hoc. nec assumas pro eis lau
dem et orationem. et non obsistas michi quia
ego non exaudiam te. Nonne uides
quid isti faciunt in ciuitatibus iuda.
et in plateis iherusalem. Filii colligunt
ligna. et patres succendunt ignem
et mulieres aspergunt adipem ut fa
ciant placentes. et regine celi. et
libent diis alienis. et me ad iracun
diam prouocent. Numquid me ad
iracundiam prouocauit dicit dominus.
Nonne semet ipsos in confusionem uul
tus sui. Ideo hec dicit dominus deus
Ecce furor meus. et indignatio mea
conflatur super locum istum. super
uiros. et super mulieres. et super iumen
ta. et super lignum regionis. et super
fruges terre. Et succendetur. et non
extinguetur. Hec dicit dominus
deus exercituum deus israel. Holo
chaustomata uestra addite uictimis

uestris. et comedite carnes quia non
sum locutus cum patribus uestris
et non precepi eis in die qua eduxi eos
de terra egypti. de uerbo holocaustoma
tum et uictimarum. Sed hoc uerbum
precepi eis dicens. Audite uocem me
am et ero uobis deus. et uos eritis mihi
populus. Et ambulate in omni uia
quam mandaui uobis ut bene sit uo
bis et non audierunt. nec inclinaue
runt aurem suam. sed abierunt in
uoluptatibus suis. et prauitate cor
dis sui mali. factique sunt retrorsum
et non ante a die qua egressi sunt pa
tres eorum de terra egypti usque ad diem
hanc. Et misi ad uos omnes seruos
meos prophetas per diem consurgens
diluculo. et mittens et non audierunt
me nec inclinauerunt aurem suam
sed induraunt ceruicem et peius
operati sunt quam patres eorum
Et loqueris ad eos omnia uerba
hec. et non audient te. et uocabis eos
et non respondebunt tibi. Et dices
ad eos. Hec est gens que non audi
uit uocem domini dei sui. nec rece
pit disciplinam. periit fides. et abla
ta est de ore eorum. Tonde capillum
tuum et proice. et sume in directum
planctum. quia proiecit dominus
et reliquit generationem furoris sui.
quia fecerunt filii iuda malum in
oculis meis dicit dominus. Posu
erunt offendicula sua in domo in
qua inuocatum est nomen meum
ut polluerent eam. Et edificaue
runt excelsa tophet que est in ualle
tophet que est in ualle filii ennon.